

Forfatter: [J.A. Cramer]

Titel: Ob Hostem Patriae Devictum A.D. XVII. Ianuarii MDCCLXII.

Citation: [J.A. Cramer]: "Ob Hostem Patriae Devictum A.D. XVII. Ianuarii MDCCLXII.", i [J.A. Cramer]: *Luxdorps samling af trykkefrihedens skrifter 1770-1773: Kwartbindet*, P.H. Høecke, ? [1772], s. 1. Onlineudgave fra Trykkefrihedens Skrifter: https://tekster.kb.dk/text/tfs-texts-3_001-shoot-workid3_001_015.pdf (tilgået 09. maj 2021)

Anvendt udgave: Luxdorps samling af trykkefrihedens skrifter 1770-1773: Kwartbindet

Ophavsret Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse.

[Læs Public Domain-erklæringen.](#)

↑

OB HOSTEM PATRIAE

DEVICTUM

A. D. XVII. IANVARIII CICICCCCLXXII.

HAVNIÆ, typis HOECKII.

2

3

☒ Non te praecipitem culmine deiici.

☒ Qui iam ferpis humi, non tibi daniam, Ereptam manibus sacrilegis tuis, Irridere procaciter:

☒ Non hoc laetitia me recreat! fugit Vox vulgi trepidans, reddita collibus,

☒ Vix audita mihi! gaudeo, gaudeo,

☒ Quod iam religio sacra,

☒ Ouod constans pietas plaudit ovans deo;

☒ Nec solamine iam, nec stabili caret Summi spe decoris, quod caput vtraque Victrix tollere sustinet!

4

☒ 4

☒ Certe est visa deo, visa protervia est,

☒ Vltrique manu crimina vindicat!

☒ Exemplumne vides? quod tulimus iugum Et quae vincula rupta funt!

☒ Vana est reliigio, criminibus deus,

☒ Virtuti deus haud arbiter imminet Non curat pietate & reverentia Humani generis coli.

☒ Obgannire deo quid sceleris putas?

☒ Atrox hoc facinus credula plebs putet!

☒ At tu nobilior, tu sapientior Servile excutias iugum!

☒ Aude quidquid aves, profequere impiger Praeceptum confilium dummodo carbasa Ventorum repleant mitia flamina:

☒ Ter summus celebrabere!

5

☒ 5 Haec ille. At videas illico carcere Detrusum. Videas Mettrius an levis Huic folatia nunc atque Aruetius Fallax dulcia praebeant?

☒ Hos demens coluit, poene deos vocans; Nutritumque fuis egregie artibus Evexere virum, quem metuant boni, Venturumque canat genus.

☒ Felix o nimium, qui sequitur duces Tantos! scilicet heic, heic sapientia Prudens consiliumque, heic adamantinum Fulcrum & murus aeneus!

⌘ Haud est difficilis caeca protervia, Argutumque eachinum edere non gravat: Ille vtraque via gnaviter ambulans Est visus sibi olympius.

6

⌘ 6

⌘ Et delubra sibi struxerat & focos! Affluxere mali quilibet ad deum Falsum hunc, iuris & huc quilibet implus Ofor munera contulit.

⌘ Plebesque adstupuit nomine nobilis Multa, orbata oculis & titubans gravi Maiestate colossi, vnda levis, ruit In delubra dei novi.

⌘ Vox est visa hominis nubibus editum Oraclum rabidi, quaeque deus, minor lam monstro hoc furibundo, ipse Aruet us Insanire superbiit.

⌘ Quin & ferrea lex exiit vndique:

⌘ Qui flexis genibus ferre iugum dei,

⌘ Qui divae renuis sacra libidinis,

⌘ Inque aram redolens dare

7

⌘ 7

⌘ Thus; quicumque recusas diademate Vinciri venerandum hoc caput aureo; Lascivas choreas plaudere quilibet Festino pede respuis:

⌘ Perdat te indocilem supplicium grave,

⌘ Aut praeceps abeas, plangere cum pia Virtute! hune etenim prospera ab omnibus Mandant fara coli deum!

⌘ Haec inter gemitus e tenebris volant,

⌘ Quorum spes deus, ad fidera supplices:

⌘ Vindex esne deus? tune deus potens Tandem crimina punies?

⌘ Servabisne pios? an nihil est tuum Contempsisse hominem nomen, & impia Ipsum te, deus, o, te, petulantia?

⌘ Quis iudex nifi tu tuae

8

⌘ 8

⌘ Terrae? tune vides vt terimus viam Virtutis? nihil hoc, nil & inane erit? An nunc fulminibus, coelipotens deus, An nunc tu tonitru cares?

⌘ Non certe dominus fulminibus caret!

⌘ At vindex veniens fulmina nubibus Involvit tenebrofis. Tacito iacet Somno, fulgure quod deus

⌘ Idolum feriet. Discute, discute Mox somnum ex oculis! tune, miser, vides, Quae furgat nubes parturiens tibi Mortem? at stertere pergit is.

⌘ Velox flamma volat nubibus horridis Demissa, haud citius fulmina dccidunt! Illum flamma ferit, tum fubito effugit! Et laetum infequitur melos!